

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

~~144.~~

162



[Faint, mostly illegible handwritten text in a historical script, possibly Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is mirrored across a horizontal fold line.]



In Conjugii honorem & Nuptiarum Festivitate

Singulari } Nobilissime profapia Præminentia
 Pietatis & virtutum Præstantia
 Multijugis consilii Prudentia
 Multarumq; rerum Experientia

SPLENDIDISSIMO VIRO-JUVENI

Dn., CONRADO-DITERICO aus dem Winckel auff Grimmen

Hæreditario, SPONSO: Bonis auspiciis matrimonium contrahenti cum
virgine Nobilissimâ, atq; pudicissimâ

CHRISTINA Geborne Brendin

Generosi, Nobilissimi, Strenui, virtute Consilio, prudentiâ & auctoritate excellentissimi Viri
BENNONIS FRIDERICI auff der Wiesenburg Hæreditarii, Filiâ dilectissimâ
SPONSA,

Nuptiis Grimma Anhaltina celebratis 2. Martii 1623.

FACTA

MARTINO LENTZIO Zbana-Saxone verbi Divini præcone in Wiesenburg.

CONRADUS DIETERICUS aus dem
Winckel SPONSUS, ATQUECHRISTINA geborne Brendin von
Lindaw/Sponsa

[unicâ remanente f, Græcis & Germanis solum usitatâ]

O Nubens nunc viro cur plaudis? Benè ce-
det opus; ardor amoris stinguendus se-
cundè Anhaltinis aquis.

DILUCIDATIO.

Scripta Sibyllinis foliis vox verior extat,
 Vatis Apostolici quam tuba sacra refert.
 Conjugii præstat sua subdere colla capistro,
 1. Cor. 7. Quàm pungit stimulis, Cypria Diva, tuis.
 Non struè verborum Tharsensis regula vatis
 Suffulta, at brevis est, plenâq; dogmatibus.
 Attamen Ausonia prognatus Demone præsul
 Percutit hanc lingue fulmine sæpè sua.
 Quando etenim summi Divina oracula Jehova
 Gen. 2. Non hominem solum convenit esse, sonant;
 Quando etiam Salomon Væ Soli fulgurat ore, Eccl. 4.
 Dicens, conjunctos expedit esse duos;
 Tunc Latius Præsul cum verticis agmine rasi
 Nil veritus, violat scita verenda DEI.
 Clamitat audacter; Benè Soli: & cælibe vitâ
 Qui gaudet, felix est & habetur homo.
 Quando petenda tori socialis vincula, fugamq;
 Æstus illiciti Tharsica Suada monet:
 Bestiatunc Romæ suadet contraria vero,
 Præfert Conjugio scorta nefanda sacro.
 Præstat, ait, tacitos sentire libidinis æstus,
 Subjuga quàm casti se dare abenatori.
 Hæc aliter nosti Papâ sapientior ipso
 Sponse, per insignis nobiliore satu.
 Hactenus ardentes sensisti pectoris ignes,
 Atq; frui vitâ cælibe dulce fuit,
 Nunc aliud reputas animo, & restinguere flammam
 Ne planè exurat pectoris ima, petis.
 At monitis Phæbi pare, genuinus hic ardor
 Non est, sed calidâ te face torret Amor;

Ille Machaonius nihil est curabilis herbis
 Ardor, Pæoniâ nec relevandus ope;
 Sæpè quis auxilium sensit, prius unde dolores,
 Sæpè malum alterius fit medicina mali.
 Sapius est morbi causa unica, cura salutis;
 Fons & origo mali, fons & origo boni.
 Sed fidas: Benè cedet opus; stinguendus anbeli
 Wiesenburgiacis ardor amoris aquis.
 Migra per nemora, & per pinea ligna, puellam
 CHRISTINAM, ardoris principium, Recipe.
 Et lateri, & cordi, atq; ori appone, calori,
 Sicerit illa tuo dulce refrigerium.

O Christina viro nubens nunc plaudis & audis
 Virgo Sponsa? scio cur? Benè cedet opus.
 Quem quoq; corde foves, stinguendus quippè secun-
 Est hic Anhaltinis ardor amoris aquis. (dè
 Sanguine Nobilium CONRAD-DITERICUS avo-
 Sponsa, tui ardoris suave levamen erit. (rum
 Saxonia nostris residet quàm proximus oris,
 Hunc cupit Heredem Grimma manere suum:
 Algeo cum te non video Lux, dicat uterq;
 Ut cos Alpinâ quæ nive teæt a latet:
 Æstuet intuitu Sponsi Blandissima Sponsa,
 Æstuet & Sponsæ Sponsus amore pari.
 Suscitet alterius, sedetq; Cupidinis ignes,
 Alter & alterius sit calor atq; rigor. UES
 Jova pares vinculis vos vinciat arctius arctis, UES
 Et longum, voveo, duret & urat Amor.
 Ambo Dionææ veluti sine bile Columba
 Vivite, quos parili junxit amore DEUS.
 Et veluti vitem fœcundam amplectitur Ulmus:
 Oscula sic vestris figite blanda genis.
 Pergite felices, & fortunante Jehova
 Ære replete domum; prole replete torum.

Xεγοδισιχον annum & diem nuptiarum continens.

ALTERA LVX Martii, V. X CæLI Venerat aXe,
Vt Christina fVlt IVn Cta pVeLLa toro.Martinus Lentzius, Zbana Saxo verbi Divini
apud Wiesenburgenses præco.

Typis Johannis Gorman, Anno 1623.

STOMACH PAIN
In Conjunction with Nausea & Vomiting
[Faint, illegible text]

DR. CONRADO DITERICUS
[Faint, illegible text]

144.
162

[Faint, illegible text]



DR. CONRADO DITERICUS
[Faint, illegible text]



Faint, illegible text on aged paper, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



№ 1996

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!



28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





145.
163

1-
n

254

Di-

Dr. Luca à Bo
michi E. P.

